



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthviani, Natione Bavari,  
Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Orationibvs Variis, Et Ignitis aspirationum iaculis ad Deum, Deiparam  
Virginem Mariam, cæterosq[ue] Sanctos - exercitijs item diuersis, tum  
maximè Paßionis Dominicæ, eiusq[ue] matris, refertißimus

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, 1630**

Humilis & dolorosa confessio nostræ impatientiæ, cæcitatis &  
ingratitudinis in tribulationibus, Dei munere exhibitis: itidem pro  
vitioru[m] horum emendatione, contrariarumq[ue] virtutum largitione, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45928](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45928)

*Humilis & dolorosa confessio nostre impatientie, cætitas & ingratitudinis in tribulationibus. Dei munere exhibitis: uidem pro vitorum horum emendationem contrariarumq[ue] virtutum largitione, Precatio XI.*

2. Tim. 2.

**V**AE vñ nefando mihi peccatori, vñ impio & sceleroso transgressor, qui tantorum Domini mei cruciatum & opprobriorum, tantorum etiam dolorū & angustiarum tuarum mater amantissima causa existens, vobis non cōpator. Et si non condoleo, quomodo conregnabo? Quomodo Christi capit is mei me membrum & tuum filium comprobabo, dum eius dolorem & opprobrium non sentio, nec participo: dum tibi non collachrymor nec condoleo. Immo cur, proh dolor, in flagellis & tribulationibus aliquando mihi obuentibus ita impatientē, reclamantem, in querelas & murmurationes indignabunde erumpentē me inuenio? Cur non potius amantissimo ac fidelissimo patri pro qualibet aduersitate p̄cordiales & iuges refero gratias, cūm præclarus & pretiosus, post seipsum, donum, fidelibus amicis suis in hac vita largiri non possit? cūmq[ue] iste sit annulus pretiosus quo sibi Deus animā humilem & patientem suauiter & amabiliter desponset, & ad portiora dona suscipienda, sublimiter transformandam ipsam dignissimè p̄parat & adorner? Nunquid non inhumans & incōparabilibus doloribus & angustijs suis sibi vicem aliquam rependi etiam quam fidelis m̄ promeruit? An non ob innumerā & irremunerabiliā gratuita collata beneficia dignus etiam est pro quo nō nihil sustineam? Quid, cūm inferni tormenta vicibus innumeris cōmerui, nunquid non eorum loco patientissimo corde omnia libenter sufferam? Heu immensa mea cæcitas, quæ hæc minime aduertit! Heu quod non considero & inde sineretur per trahit, noui nisi per erucē calicemq[ue] aduersitatis ad æternitatis gloriæ p̄tueri, quodq[ue] momentanea & leuis tribulatio huius vite supra modum in sublimi pondus æterna gloria operetur in nobis! Heu mihi quod ita cæcatus fui, vt immēsum hunc pium, paternumq[ue] amorem attendere nequiverim, quo munus hoc præclarissimum ( tribulations & aduersitatem, signum evidentissimum appropinquantis gratiæ suæ ) toties mihi donare amanter dispositum & largitus est: id est ingratus, tardus & eger, pressuram quamlibet non patienti & hilari animo, sed tepido & inuito corde suscepit, immo saepius subterfugi & evadere quæsui, spolians inmetipsum gratiæ suæ fructu, quæ indubitanter per has mihi impari statuerat.

2. Cor. 4.

Quapropter è fons misericordia, fons salutis & gratiæ p̄fissima Christifera virgo Maria, spes & refugium meum desideratissimum & lecurissimum post Deum, te cum omnibus p̄fissimis & feruentissimis lachrymis tuis obsecro fiducialissime affectuosismeq[ue] vt in recompensationem & supplementum omnis negligientia, ingratitudinis & impatientiae meæ, & in gratiarum actionem amarissime & innocensissime passionis filij tui, eidem prætendere & offerre digneris, omnes acerbissimos dolores, intensissimos micerores, amarissimas lachrymas, maternā compunctionem, mitissimam patientiam, humillimam resignationem, perficiissimam charitatem tuam, & vniuersa simul gloriofa merita tua, quibus etiam hanc mihi promerearis gratiam, vt postmodum omnis amantissima Dei voluntas mihi fiat desideratissima, vt quicquid dehinc sua ordinante paterna fidelitate & prouidentia mihi aduersi obuenerit, patienter & quanimiterg cum alacritate, dulcedine, gratiarum actione, & cordis deuotione patiar: nil amari turbulentie admittens aut circumferens aduersus eos, qui molestiz quipiam vñquam mihi amodo irrogauerint: quia potius



potius singulari eos dilectione & obsequio honorem & remunerem tanquam meos purgatores & fidelissimos coadiutores regni Dei promerendi, de sola manu Domini cuncta desideranter suscipiens cum perfecta animi resignatione & præcordiali gratitudine; continuè fideliterq; perpendens quām amanti, quām pio & benigno corde ad utilitatem meam hoc me præclaro donārit munere, quatentis sic benignè, humiliter, & profunda cum gratitudine eius me postmodum submittam subdāmp paternæ correctioni & flagellis, ut ab æternæ gehennæ flagellis sua misericordia & gloria tua intercessione liberer, & immarcessibili gloria atque honore tecum in cœlis æternaliter coroner. Amen.

*Actione gratiarum pro mœrorum & pressurarum abyso, qua demergebatur sacratissimum cor Deipare virginis Mariae, dum à Præside populo spectandus exhiberetur, adeò dirè excruciatus dilectus vnicus eius, à seūfīmāq; plebe feroci animo ad ignominiosum crucis supplicium expostularetur, & mortuus sententia à Pilato damnatus, Iudeorum manibus crucifigendus trāderetur.*

## T H R E N O S XII.

**N**Obilissima cœlorum regina, gloriissima mundi Domina, beatissimæ Christifera virgo Maria: quā inestimabilis & acerbis procul omni dubio dolor & angustia apprehendit atque concusset materna viscera tua, quām amarissimus te mœror circundedit & intasit, dum tam inhumane tractatum, tam miserandum in modum vulneribus conficatum & sauciatum, ex omni corporis parte sanguinem amantem, & præ frigore tremebundum vnicum dilectum tuum à Præside pro duci populo spectandum, vidisti. Ast quamvis Pilatus spectaret se furibundam eorum iracundiam sedaturum, sanguinariamq; sitim restincturū si eum penitus tam inmitibus corruptum, ignominia & illusionē tā grauissima & crudelissima affectum, tam miserabilitet lacerum, si denique innocentem eum & nil male meritum: sed sola improbitate & eorum inuidia traditum, tam dirè, tam præter fas & æquitatem castigatum, ipsis produceret & exhiberet, sœuam inquam eorum tyrannidem, inclemētiam & odium in charitate iam transfiguratum (cum nec latro vel scelestas quispiam suis pro facinoribus vñquam tam indignè tractatus sit) sed proh dolor, dulcissima Domina, feruum eorum pectus nō modo tam immanis cruciatibus neutriquā emolliri, verū ad maiorem etiam excandescere liuorem & inuidientiā conspexisti, adeò vt feroci animo, incomposito & horribili sonitu vociferarentur: *Tolle, tolle, crucifige eum, Sanguis eius fit super nos & super filios nostros.* O quanto tunc dolore & præssura piissimum, maternumq; cor tuum verba hæc crudelissima, animo tam inuido ac maligno deprompta considerūt & lacerauerunt. Quām insuper penè tota mœrore & angustia abuisti & examinata es, dum videres Pilatum nil valere neque proficere, quicquid vel diceret, vel faceret pro filio tuo liberando: eorum autem insaniam ac furorem magis ac magis increscere, nec non Pilato, si absolutum filium tuum vita ac libertate donaret, iniicitiam Cæsaris amissionemq; minare principatus.

Et quis tam durus & impius inuenietur, qui clamores illos horribiles, inaudita hanc inuidientiam & execrādum Iudeorum odium audiens, nō ingemiscat, & sine compunctione prætereat? *Quis sanguinis & sanguinarijs his canibus nō succedit?* Quanto magis mater eius tu dulcissima præ creaturis omnibus abundatius eius amore perfusa & absorpta doloribus morte amrioribus tunc rep'eta disten-debaris. His autem sese appulit, totam te absorbens & operiens, immensus & amarissimus